

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1259

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

septuaginta marcis argenti, quas nobis integraliter persolverunt. quorum bonorum possessionem ipsi de nostra voluntate et consensu intraverunt et tenebunt et possidebunt ipsa in perpetuum omni eo jure, quo nos ipsa tenuimus et possedimus, et solvent censum debitum de eisdem bonis curiis illis, in quas spectant dicta bona. cui venditioni interfuerunt Rüdolfus miles dictus de Vegersheim, Henricus Marsilius 5 civis Argentinensis, Nycholaus filius quondam Cānonis inter mercatores, Simundus dictus Seilere, Gotfridus sacerdos vicarius sancti Laurentii, Hugo Stollo, scultetus de Osthoven. ne autem inter nos vel successores aut heredes nostros ex una parte et priorem et fratres antedictos ex altera super prelibata venditione ditorum bonorum legitime celebrata possit in posterum discordia vel aliquis scrupulus 10 questionis suboriri et ut dictus venditionis contractus firmus et stabilis in perpetuum perseveret, coram viris fide dignis, videlicet Burcardo plebano de Hittenheim, Cānrado milite de Steingazzen, Henrico et Hessone germanis, Hugone villico et Jacobo fratre suo, Waltero precone, Henrico de Hesse, Ūrico et sculteto de Osthoven renunciavimus una cum pueris nostris et renunciamus per presentes pro 15 nobis et nostris heredibus universis omni juri^a et actioni nobis et ipsis nostris heredibus in antedictis bonis competenti et in posterum competituro atque in integrum restitutioni et quolibet juris auxilio civilis et canonici, per quod prefata bona retrahere possemus et avocare a priore et fratribus antedictis. ego etiam Ūta confiteor et protestor publice per presentes, quod juravi et juro tactis sacrosanctis, 20 quod numquam repetam in judicio aliquo vel extra judicium prefata bona, sive fuissent dos mea sive non, a priore et fratribus antedictis nec ipsos inpediam in eisdem. et in testimonium et evidenciam atque probationem omnium premissorum nos Arnoldus et Ūta antedicti presentem paginam sigillis venerabilis domini nostri Henrici Argentinensis episcopi et mei Arnoldi, cujus sigillo ego Ūta, cum proprium 25 sigillum non habeam, in presentibus sum contenta, sigillatam priori^b et fratribus sepe dictis duximus conferendam. nos Henricus dei gratia Argentinensis episcopus confitemur et publice protestamur presentium tenore, quod ad petitionem et instantiam Arnoldi et Ūte uxoris sue predictorum presentibus nostrum appendimus sigillum in perpetuam memoriam omnium prescriptorum. datum Argentine anno domini 1259, 30 proxima dominica post purificationem beate virginis Marie.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 5749 or. mb. c. 2 sig. pend. delapsis.

433. *Mechtild die Aebtissin und der Convent des St. Stephansklosters zu Straßburg verpflichten sich, dem St. Agneskloster daselbst für drei Gedenktage jährlich je 5 Solidi von ihren Gütern zu Berstett zu zahlen. 1259 Februar.* 35

Mehtildis divina providentia humilis abbatissa sancti Stephani totusque conventus^c ejusdem ecclesie Argentinensis universis presens scriptum inspecturis noticiam subscriptorum. sciant universi ac singuli, quod nos abbatissa et

a) *B jure.* b) *B priore.* c) *B conventus.*

conventus sancti Stephani Argentinensis priorisse monasterii sancte Agnetis ejusdemque conventui extra muros civitatis de possessionibus collatis ecclesie nostre a Mehtildi de Kintwilre concanonica nostra, sitis in villa et in banno Berstete, promittimus nos soluturos singulis annis in tribus anniversariis, que apud predictum monasterium sancte Agnetis recoluntur, in quolibet anniversario quinque solidos Argentinenses. que anniversaria in subscriptis terminis commemorantur, in festo videlicet Stephani pape anniversarium Rüdolfi de Liehtinbere quondam prepositi sancti Thome¹, in festo Barnabe apostoli Godfridi clerici, item anniversarium Mehtildis de Kintwilre, postquam de presenti seculo migraverit. et ad hec implenda et fideliter observanda nos abbatissa et conventus prenominati monasterio sancte Agnetis per presentes obligamus, postquam ex morte Mehtildis de Rotbach, cui usufructus dictorum bonorum pro tempore vite sue cedere dinoscitur, possessiones prefate ad nos libere et absolute pervenerint. et in horum evidentiam et testimonium, ne a nobis quicquam de premissis infringi valeat, presenti cedula sigilla nostra appendimus. datum anno domini 1259, mense februarii.

Aug. 2

Juni 11

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 3117 or. mb. c. 2 sig. pend.

434. *Bischof Heinrich und das Domcapitel von Straßburg untersagen die weitere Ueberbauung der Almende vom Steinburgthor bis zum Waseneck. 1259 Februar.*

Nos H[einricus] dei gratia Argentinensis episcopus totumque capitulum Argentinensis ecclesie universis tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod nos areas illas, que vulgariter almende nuncupantur, sitas juxta pontem ex parte altera porte Steinenburgetör, et protenduntur a domo Gunthrami et Stehellini fratrum fabrorum de novo ibidem constructa supra ripam vallis continue usque ad turrim dictam Waseneke², que in nostra ordinatione ac dispositione consistunt, non permittemus de cetero inedicari aut aliqua edificia eisdem areis interponi, sed volumus, quod absque omni edificio in posterum usui publico pateant et in evum. quibuscunque insuper in jam dictis areis edificantibus seu edificare conantibus nos bona fide opponemus et contra tales per censuram ecclesiasticam procedemus atque a suo proposito desistere compellemus. id enim non solum nobis et ecclesie nostre verum etiam communi utilitati, cujus affectamus commodum, novimus expedire. in quorum evidentiam et firmitatem perpetuam est presens litera sigillorum nostrorum munimine consignata. actum anno domini 1259, mense februario.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 336 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis.

¹ *Erscheint urkundlich zum letzten Mal im Jahre 1221. Cfr. nr. 189.*

² *Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 119 u. Silbermann Localgesch. d. Stadt Straßb. S. 160.*

435. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet einen Vergleich über die Steuerpflicht des Stiftshofes zu Reichstett zwischen dem Domcanonicus Otto von Entringen, dem gegenwärtigen Inhaber desselben, und dem bischöflichen Schulleiß Walther, dem Vogt jenes Dorfes. 1259 März 13.*

H[einricus] dei gracia Argentinensis episcopus universis presentes litteras inspec- 5
 turis noticiam subscriptorum. scire volumus universos, quod, cum fidelis noster
 Waltherus scultetus ac ministerialis ecclesie nostre de cultori ac homini habitanti
 in curia Rinstetin Argentinensis diocesis exactiones diversas exigeret et super hoc
 inter Ottonem dictum de Entringin canonicum Argentinensem, qui tanquam
 claustrale feodum eandem curiam cum suis pertinenciis obtinebat, ex una parte et 10
 eundem Waltherum ville predictae advocatum ex altera orta esset materia questionis,
 tandem inter partes predictas compositio talis intercessit et a partibus extitit appro-
 bata: videlicet quod singulis annis cultor sive habitator^a, qui nunc est et pro
 tempore fuerit in curia prenotata, dabit sculteto predicto et suis successoribus in
 perpetuum tria quartalia tritici et quatuor solidos monete legalis ipsamque frumenti 15
 ac pecunie quantitatem presentabit eidem in villa predicta Rinstetin vel in civitate
 Argentinensi liberque erit dictus cultor sive habitator in posterum ab omni exac-
 cione, angariis, talliis, procuracionibus et herbariis, qui vulgariter herberge dicuntur.
 itaque neque per se neque per alios aliqua eidem et suis posteris exhibebit obse-
 quia; sed plena potius gaudebit libertate. et si forte contigerit ab eodem Ottone 20
 vel suis successoribus in curia prefata poni hominem proprium suum vel alterius^b
 cujuscunque, nichil eidem serviet nec aliquas ab eo extorquebit herbarias, angarias,
 perangarias, exactiones seu procuraciones, prout superius est pretactum. in hujus
 rei evidenciam presentes litteras sigillo nostro communitas presentibus tradimus
 testimoniales. 25

Ego Waltherus scultetus Argentinensis in predictam ordinacionem consensi ac
 in evidenciam premissorum presenti scripto sigillum domini mei episcopi Argenti-
 nensis et meum apponi procuravi in presencia subscriptorum, scilicet Eberhardi de
 Entringin¹, Eberhardi de Sulze archidiaconorum Argentinensium, Bertholdi de
 Diersberc, Alberti de Talmessingen, Alberti de Steineburne canonicorum Argenti- 30
 nensium, magistri Cunradi dicti Leitreche canonici sancti Thome² Argentinensis,
 Cūnonis militis dicti Vrigen. actum anno domini 1259, 3 idus marcii.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 1340 or. mb. c. 4 sig. pend. laesis.

a) *B* cultorem sive habitorem. b) *B* alterus.

¹ *Derselbe erscheint mit dem Domcanonicus Walramus de Gerolczecke und Bertoldus de Diedels- 35*
dorf canonicus s. Stephani Argentinensis als Schiedsrichter in einem Streit des Klosters Schwarzach
mit den Herren von Windeck, 1259 Juni 5 (nonis junii). Karlsruh. G. L. A. Copialbuch der Abtei
Schwarzach nr. 733 fol. 67.

² *Cūnradus dictus Leitreche canonicus sancti Thome erscheint auch als Zeuge in einer Urkunde 40*
des Grafen Rudolph von Habsburg, laut welcher derselbe seine Güter zu Nordhausen der Straßburger
Kirche schenkt, 1258 November 8 (feria 6 ante festum Martini). Straßb. Bez.-A. G nr. 60 or. mb. c.
sig. pend.

dominos de Liechtenberc ex una parte et cives nostros Argentinenses ex altera in hunc modum : predicti fratres de Liechtenberc inpetunt cives nostros Argentinenses pro ^a 200 marcis argenti, quod ipsis dare promiserunt et non persolverunt, et pro dampno, quod habent in defecto earundem 200 marcarum. inpetunt etiam ipsos
 5 cives nostros Argentinenses pro defecto, quem post mortem patris eorum in advocatia sua in civitate sustinuerunt. e converso cives Argentinenses asserunt, quod ipsi predictas 200 marcas dare non debeant de jure, et repetunt centum marcas argenti, quod ipsi dominis de Liechtenberc indebite dederunt. petunt etiam predicti cives nostri ipsis persolvi pecora in Altheim a dominis de Liechtenberc eis ablata. que
 10 discordia compromissa est in quatuor arbitros et in unum superiorem, ex parte dominorum de Liechtenberc in Helewigum de Buhswilre et in Dietericum de Lupfenstein, ex parte autem civium nostrorum Argentinensium in Bertoldum dictum Riuses et in Gerungum de Hagenowe. si autem illi quatuor discordant et in unum non poterunt convenire, in superiori stabit scilicet domino Symundo de Geroltesecke.
 15 et quicquid ille decreverit, partes ex utraque parte complebunt et arbitrium suum ratum tenebunt, super quo dati sunt fidejussores ex utraque parte¹. si autem, quod absit, dominus Symundus de Geroltesecke medio tempore decesserit, cives nostri Argentinenses eligent alium inter illas quinque personas, que ad superiores nominati fuerunt. in cujus rei memoriam et stabilitatem presentes litteras dedimus predictis
 20 partibus testimoniales sigillo nostro roboratas. datum festo sancti Mauricii^b, anno domini 1259.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. sig. pend. laeso.

S 1 coll. ibid. or. mb. c. sig. pend.

Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 226^b ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 428 nr. 584.

25 **446.** *Erzbischof Wilhelm von Besançon fordert auf Grund eines päpstlichen Mandats Bischof und Clerus der Diocese Straßburg auf, Strafsentenzen gegen die Dominikaner zu Straßburg zurückzunehmen und von jeder Belästigung derselben abzustehen. 1259 October 4.*

Willelmus dei gracia Bisuntinensis archiepiscopus² executor deputatus a domino
 30 *papa venerabili fratri . . episcopo et dilectis filiis prelatis necnon plebanis atque vicariis et aliis ecclesiarum rectoribus civitatis et dyocesis Argentinensis salutem in domino. litteras domini pape recepimus sub hac forma : [folgt nr. 441]. nos igitur mandatis apostolicis humiliter obedire volentes monemus vos singulos attentius et universos in domino et hortamur, quatinus, si qui vestrum hujusmodi*
 35 *inhibiciones fecistis sive excommunicationum sentencias vel alias auctoritate propria*

a) *S 1 super.* b) *S 1 Maurcii.*

¹ *Cfr. nr. 444.*

² *Erzbischof Wilhelm II von Besançon, 1245—1268.*

protulistis, easdem inhibitiones et sententias infra quindecim dies post harum receptionem revocetis et de cetero proferre similes inhibitiones sive sententias nullatenus attemptetis et a supradictis et quibuscunque aliis fratrum ipsorum indebitis gravaminibus penitus desistatis. quodsi forte nostris monitis immo verius apostolicis acquiescere in hac parte nolueritis, quod absit, nos extunc ad executionem hujus mandati secundum formam a sede apostolica nobis traditam procedemus. datum 4 nonas octobris, anno domini 1259.

T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 3 or. mb. c. sig. pend.

447. *Erzbischof Wilhelm von Besançon erklärt laut päpstlichen Auftrags dem Bischof und Clerus der Diocese Straßburg, daß Strafsentenzen, welche sie gegen die dortigen Dominikaner erlassen hätten oder noch erlassen würden, null und nichtig seien, und droht den Zuwiderhandelnden mit Bestrafung. 1259 November 6 Citeaux.*

Willelmus dei gratia Bisuntinensis archiepiscopus executor deputatus a domino papa venerabili fratri . . . episcopo et dilectis filiis prelati necnon plebanis et aliis ecclesiarum rectoribus atque vicariis civitatis et dyocesis Argentinensis salutem in domino. literas domini pape recepimus sub hac forma : [folgt nr. 441]. cum igitur, sicut novit vestra providentia, vos singulos et universos secundum formam mandati apostolici nobis super hoc directi monuerimus¹, ut, si qui vestrum hujusmodi inhibitiones fecerunt sive excommunicationum sententias vel alias auctoritate propria protulerunt, easdem inhibitiones et sententias infra quindecim dies post litterarum nostrarum vobis super hoc directarum receptionem revocarent et de cetero proferre similes inhibitiones sive sententias nullatenus attemptarent et a supradictis et quibuscunque aliis fratrum ipsorum indebitis gravaminibus penitus desisterent, quodsi forte nostris monitis immo verius apostolicis acquiescere in hac parte nollent, quod absit, nos extunc ad executionem hujusmodi mandati secundum formam a sede apostolica nobis traditam procederemus, nos intelligentes, quod inhibitiones et excommunicationum sententie sint ad nostram admonitionem a quibusdam minime revocate, easdem sententias jam prolatas nec revocatas auctoritate nobis tradita relaxamus et, si deinceps a quoquam vestrum aliquas sententias taliter promulgari contigerit, easdem decernimus irritas et inanes et mandamus, premissas inhibitiones et sententias jam prolatas relaxatas et, si quas taliter promulgari contigerit, decretas irritas et inanes per vos et per ipsos fratres publice denunciari, scituri, quod, si in prejudicium predictorum fratrum per quempiam vestrum talia vel consimilia fuerint attemptata, nos hujusmodi nostre monitionis et mandati apostolici transgressores districtione, qua convenit, puniemus. datum anno domini 1259 Cystercii, die Jovis proxima post festum omnium sanctorum.

T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 3 or. mb. c. sig. pend. delapso.

¹ Cfr. nr. 446.

448. Das Domcapitel zu Straßburg tauscht ein bei der St. Andreaskirche daselbst gelegenes Grundstück, das es an Heinrich den Scholasticus des Jung St. Peterscapitels verlehnt hatte, gegen ein andres, dem letztern gehörig und an der Straße zum Bruderhof belegen, ein. 1259 November 8.

5 Nos Wal[therus] prepositus¹, B[ertholdus] decanus totumque capitulum ecclesie Argentinensis scire volumus universos tam posteros quam presentes, quod nos, adhibito consensu et voluntate venerabilis patris domini nostri *Heinrici* dei gratia episcopi Argentinensis, aream nostram sitam prope ecclesiam sancti Andree ex opposito curie olim domine de Winstein nunc vero magistri C[onradi] dicti Leit-
10 rechen, quam eciam aream magister *Heinricus* scolasticus sancti Petri Argentinensis, qui domum cum aliis edificiis eidem habet inedificatam, a nobis recepit pro annuo decem solidorum censu, qui augeri nec debebat nec poterat, perpetuo possidendam, cum alia area ipsius magistri *Heinrici* scolastici antedicti sita in strata publica tendente versus fratrum curiam juxta altam domum Arnoldi cervisarii ex opposito
15 curie claustralis *Ul[rici]* de Lupphe nostri concanonici permutavimus et permutamus scientes id nostre esse ecclesie utile magis et expediens. ipsamque pro predicta nostra area per omnia acceptamus dictamque aream olim nostram in loco prescripto juxta sancti Andree ecclesiam sitam ab omni censu et honore absolvimus et absolutam confitemur, renunciantes omni juri in eadem area nobis competenti simpliciter et
20 absolute ac resignantes eandem dicto magistro *Heinrico* jure proprietario de cetero tenendam et possidendam ac disponendum de illa tamquam de re propria pro sue libito voluntatis. in quorum evidenciam est presens littera dicti domini nostri episcopi et nostri capituli necnon *Cunradi* scolastici nostri portarii sigillorum munimine roborata. nos *Heinricus* dei gratia episcopus dictarum arearum permutationem
25 approbamus eidemque per omnia consentimus nostrum sigillum in hujus certitudinem presentibus appendentes. actum anno domini 1259, 6 ydus novenbris.

H aus Straßb. Hosp. A. Orphelins lad. 35 fasc. 16 or. mb. c. 3 sig. pend.

449. Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet die Uebertragung eines Straßburger Kirchenlehens im Bann von Vendenheim von Sigebert dem Landgrafen
30 des Elsaßes an Bernhard Kage und von diesem an den Straßburger Bürger Heinrich Marsilius. 1259.

Nos *Heinricus* dei gratia episcopus Argentinensis notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod comes *Sigebertus* landgravius Alsatie recepit a nobis in feudum duos mansos et dimidium in banno Vendenheim sitos, quos ab
35 ecclesia nostra tenet. quos mansos idem comes *Sigebertus* concessit in feudum

¹ Domprobst Walther erscheint auch in einer Urkunde seines Vaters Walther von Geroldseck für das Kloster Steigen, 1259 November 30 Straßburg (pridie kalendas decembris Argentine). Cfr. Schöpflin *Als. dipl. I, 428 nr. 586* und Reinhard *Pragm. Gesch. des Hauses Geroldseck Urk. S. 35 nr. 2.*